



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Decretum α de peccato originali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

2. *Sine nomine auctoris* ] An sufficiat, si nomen certi Collegij, conuentus, vel vniuersitatis apponatur? Affirmat Pater Ioannes Azori. instit. moral. part. lib. 8. cap. 17. q. 3.

3. *Est regularis* ] Vide Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 2. art. 6.

4. *Nise ante examinati, &c.* ] An comprehendat priuatas orationes, conciones, annotationes, & obseruationes de rebus sacris? Vide P. Azori. d. c. 17. q. 4.

5. *Post hæc temeritatem, &c.* ] An nefas sit Scripturarum sacrarum verba ad profanam & vanam interpretationem conuertere? Affirmat Pater Ioannes Azori. dict. lib. 8. c. 2. q. 4.

SESSIO QVINTA,

CELEBRATA DIE XVII. MENSIS

IUNII, M. D. XLVI.

Decretum de peccato originali.

a Heb. 11. 6.

b Ephes. 4.  
c Gen. 3.

Infra 117.  
c. 134.

a Calestin. 2.  
Epist. 1. c. 4.



**V**t fides nostra Catholica, a sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua sinceritate integra & illibata permaneat, & ne populus Christianus b omni vento doctrinæ circumferatur; cum c Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, eiusq; remedio non solum noua, sed vetera etiam dissidia excitauerit: sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, presidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, sacrarum Scripturarum, & sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ iudicium, & consensus secuta, hæc de iplo peccato originali statuit, fatetur, ac declarat.

I Si d β quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, ami-

amisse, incurrisseque per offensam præuicationis huiusmodi iram, & indignationem Dei, atque ideò mortem, quam antea illi comminatus a fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate, b qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli, totumque Adam, per illam præuicationis offensam, secundum corpus, & animam in deterius commutatum fuisse; anathema sit.

a Rom. 5.  
b Heb. 2.  
Conc. Africanus 2. c. 5.

2 Si quis Adæ præuicationem sibi soli, & c non eius propagini, asserit nocuisse; & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ; anathema sit: cum contradicat Apostolo dicenti: Per d vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.

c Rom. 5.  
1. Corinth. 15.  
Conc. Africanus 2. c. 5.

d Rom. 5.  
c. placuit, c.  
regenerante,  
c. c. quarto  
in fin. de cõf.  
dist. 4.

3 Si quis y hoc Adæ peccatum, quod origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus, inest vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quàm per meritum vnus mediatoris Domini nostri Iesu Christi, e qui nos Deo reconciliauit in sanguine suo, factus nobis f iustitia, sanctificatio, & redemptio; aut negat ipsum Christi Iesu meritum per Baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ ritè collatum, tam adultis, quàm paruulis applicari; anathema sit: quia non g est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. vnde illa h vox: Ecce agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Et illa: i Quicumque baptizati estis, Christum induistis.

e 1. Tim. 2.  
Coloss. 1.  
c. multipl. de  
penit. dist. 1.  
1. Cor. 1.

g Act. 4.  
h Ioan. 1.  
c. nemo. de  
conf. dist. 4.  
i Gal. 3.

4 Si d quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam e si fuerint à baptizatis parentibus orti; aut dicit k in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod

k Conc. M<sup>o</sup>leustanum  
cap. 2. Conc.  
Afric. c. 77.  
c. c. placuit  
de confes.  
dist. 4.

regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam; vnde fit consequens, vt in eis forma Baptismatis, in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur; anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est id quod dixit Apostolus: *a* Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt: nisi quemadmodum Ecclesia Catholica vbique diffusa semper intellexit; propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. *b* Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

*a* Rom. 5.  
c. placuit c.  
Quatuor in fi.  
& c. regenerate. de  
conf. dist. 4.

*b* Ioan. 3. c.  
filius, & c.  
non dubito.  
de conf. dist.  
4. c. debitum  
cum seq. de  
bapt.

*c* Ex c. 13. lib. 1.  
contra 2.  
Epist. Pelag.

*d* Rom. 6.  
& c. proprie, de  
conf. dist. 4.

*f* Rom. 8. a.  
*g* Coloss. 3.

*h* Ephes. 4.  
c. quo modo  
renouari, de  
penitent.

dist. 2.  
*i* Rom. 8.  
Gal. 3.

*k* Ex cap.  
vit. d. b. de  
pec. mer. &  
rem.

1 Tim. 1.  
  
*m* Rom. 6.  
7. & 8.  
Coloss. 3.

*5* Si n̄ quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in Baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat; aut *b* etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet; sed illud *c* dicit tantam radi, aut non imputari: anathema sit. in renatis enim nihil odit Deus: quia *d* nihil est damnationis ijs, qui verè *e* consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem: qui *f* non secundum carnem ambulant, sed, *g* verè rem hominem exuentes, & *h* nouum, qui secundum Deum creatus est, induentes; innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt, *i* hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita vt nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur. Manere *i* autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit: quæ cum ad lagonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed vtiliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet: quinimò qui illegitime certauerit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando *m* Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellati, quod verè, & proprie in renatis pecca-

tum sit, a sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinatur. Si quis autem contrarium senserit; anathema sit. **1 Declarat** tamen hac ipsa sancta Synodus, non esse suæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem Mariam, Dei genitricem; sed obseruandas esse constitutiones felicitis recordationis Xysti Papæ IV. sub pœnis in eis constitutionibus contentis, quas **2 innouat**.

*a Respicit e. 23. lib. 1. contra 2. Epist. Pelag. & alios locos eiusdem.*

*b In extrau. comm. lib. 2o de reliq. & vener. sanct. cap. 2. Grano nimis. vide post finem huius libri.*

## DECLARATIONES.

**1. Declarat tamen hac, &c.** Nemo, cuiuscumque ordinis, gradus vel dignitatis existat, in popularibus Concionibus, vel vbiicumque promiscua viroꝝ & mulieruꝝ multitudo conuenire solet, de controuersa Conceptionis immaculatæ Dominæ nostræ ex alterutra parte disputare rationibus, vel doctorum auctoritate, alteram sententiam asserendo, & contrariam refellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa questione cuiusuis pietatis aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere vel dictare præsumat. Qui contra fecerit, suspensionis pœnam à diuinis absque noua declaratione ipso facto incurrat, si modò fuit in sacris constitutus, & quocumque præterea gradu suæ dignitate fungatur, illis omnibus sit ipso iure priuatus; & ad ea vel similia munera obtinenda, vel obeunda, perpetuè inhabilitatis, censuræ, ipso etiam facto sit obnoxius: super quibus nisi à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari, siue absolui non possit, & nihilominus alijs pœnis, si opus fuerit, à proprio Prælato pro delicti mensura infligendis subiiciatur. Ita Pius V. extrauagant. incipiente *Super. Quam diu* tamen per Apostolicam Sedem altera pars diffinita non fuerit, oppositaque sententia condemnata, liceat viris doctis in publicis Academicis disputationibus, siue generalium, siue prouincialium Capitulorum (ubi alias inter sunt qui se capere possint, nec scandali vlla subest occasio) de illa questione disserere, & argumentis viramlibet partem, vel asserere, vel impugnare: dummodo tamen ne ultra velut erronea præiudicetur, seruenturque illa omnia, quæ à Sixto IV. prædecessore nostro monstrata sunt.

Idem Pius pœnas à Sixto IV. contra aliter facientes statutas, ibidem innouat. Constitutio Sixti exstat in extrauagant. comunibus de Rel. & ven. Sanct. e. *Grano nimis*, in qua condemnantes alteram partem, ipso facto excommunicationem incurrunt, cuius absolutio, (solo mortis articulo excepto) ipsi Pontifici Romano est reseruata.

**2. Innouat, &c.** Et super huius opinionis alteratione nulla sunt litteræ Apostolicæ promulgandæ, cum sufficiant illæ Sixti IV.

B

REMIS.

## R E M I S S I O N E S.

- V**ide Nauar. in manu. prelud. 8. à princip. P. Azori. inst. moral. p. 1. lib. 3. cap. 31. & 32. de Iustitia originali, & lib. 4. cap. 25. de peccato originali.
- β** *Si quis confitetur*] Vide P. Ioannem Azori. dict. lib. 4. cap. 25. quæst. 1.
- γ** *Si quis hoc Ada peccatum, &c.*] Vide P. Azori. d. lib. 4. c. 26. propè finem, pag. 328. P. Vasq. in to. 2. disp. 151. num. 18. & 19.
- δ** *Si quis paruulos recentes, &c.*] Concilium Mileuitanum dicit anathematis, qui recentes natos paruulos baptizandos negant. Vide Clem. Rom. lib. constit. cap. 15. in fine. P. Ægid. de Conink de sacram. & censur. tom. 1. q. 68. n. 55. P. Valent. disp. 4. q. 3. punc. 3. essent. 3. Patrè Valerium Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 27. num. 66.
- ε** *An possint baptizari infantes infidelium inuis parentibus?* Vide Gab. Vasquez in 3. p. D. Thomæ to. 2. dif. 155. P. Ægid. d. to. 1. disput. 68. art. 10. P. Soar. disp. 25. sect. 3. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 27. num. 68. Afflict. decif. 151.
- ζ** *An Dominus teneatur sua mancipia curare baptizari?* Vide Patrem Soares tomo 3. disp. 25. sect. 6. P. Vasq. d. disp. 155. c. 7. P. Ægid. dicta disput. 68. num. 87.
- η** *Si quis per Iesu Christi, &c.*] Vide Cou. in cap. almap. 1. §. 10. n. 11. P. Ægid. d. tom. 1. q. 69. art. 6. n. 1. P. Valeri. Reginald. d. lib. 27. num. 61.
- θ** *Ausertiam assertit non tolli*] Vide Card. Bell. lib. 1. de baptisim. cap. 13. P. Ægid. d. tom. 1. q. 69. art. 1. 2. num. 1.
- ι** *Manere autem in baptizatis concupiscentiam, &c.*] Vide P. Henricq. in sum. p. 1. lib. 2. cap. 16. §. 2. & §. 7. P. Ægid. d. q. 69. art. 3. num. 6.
- κ** *Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, &c.*] Quod Beata Virgo fuerit immunis à peccato originali, affirmant P. Henricq. in sum. lib. 3. cap. 11. §. prope finem. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 57. Spin. in speculo testam. glol. 3. princip. n. 17. Ceual. communium contra com. q. 346. P. Martin. Delri. disquisit. magic. lib. 4. cap. 1. q. 3. sect. 9. pag. 266 cum seqq. P. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. q. 40. P. Azori. inst. moral. p. 1. lib. 4. cap. 34. col. 352. & p. 2. lib. 1. cap. 21. col. 93. P. Soar. de Religione, tom. 1. lib. 2. cap. 8. nu. 2. P. Gabr. Vasquez in 3. p. D. Thomæ. t. F. 2. disp. 116. & nouissimè D. F. Ægid. de præsentatione de immaculata Virginis conceptione librum composuit. Et nouissimè in generali congregatione S. Romanæ Ecclesie, & uniuersalis inquisitionis, coram S. D. N. Paulo V. constitutum est, ut in posterum nullus audeat in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & alijs actibus publicis asserere, quod B. Virgo fuerit concepta in peccato originali, donec articulus illi à Sede Apost. fuerit definitus, sequenti Breui.